

ἀπεμφαίνοντα (μέτρα) / immanifesta (metra)

ARIST. QUINT. *de mus.* I 28 (p. 51. 27 sqq. Winnington-Ingram) συγκεχυμένα δ' (*scil.* μέτρα) ἐστὶ τὰ διὰ τῶν συνθέτων γινόμενα ποδῶν, ὅταν τῶν μὲν μακρῶν λυομένων, τῶν δὲ βραχειῶν συναγομένων ἐν αὐτῇ <τῇ> διποδίᾳ δυσχερὲς ἢ ποτέραν ἀποφαντέον· οἶον εἴ τις διαλύσειε μὲν τὴν πρώτην μακρὰν τοῦ ἀπὸ μείζονος ἰωνικοῦ, συναγάγοι δὲ τὰς βραχείας, ἄδηλον πότερον ὁ μείζων πέφυκεν ἰωνικὸς ἢ ὁ ἐλάττων. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα τῶν μέτρων ἦτοι ἐκ τῶν καθαρῶν διποδιῶν αἷς παρατίθεται καταλαμβάνεται ἢ ἐκ τῶν ἐπομένων κώλων ἢ ἐκ τῶν ταῖς ἀντιστρόφοις ἀποδιδόμενων· καλεῖται δὲ τινα καὶ ἀπεμφαίνοντα, ὅταν ἐν τοῖς συνθέτοις ποσίν, ὅπου χρεια βραχείας, μακρὰ παραληφθῆ, ᾧ τινες καὶ τῶν ἀρχαίων κέχρηται διὰ τὴν τῶν ὀνομάτων ἀνάγκην.

SCHOL. VET. in Pind. *Nem.* 3 (p. 22. 25 sqq. Tessier) ἢ ἐπὶ τὸν κώλον ἡ' ... τὸ β' ἰαμβικὸν πεντασύλλαβον καὶ ἰωνικὸς ἀπ' ἀδιαφόρου ἀρχῆς, εἶτα πάλιν ἰωνικὸς ἀπεμφαίνων διὰ τὴν λύσιν καὶ συλλαβή. δύναται καὶ ὅλον ὡς ἰαμβικόν, παρακεχαραγμένον μέντοι διὰ τὸν τελευταῖον πόδα.

SCHOL. A in Herphaest. 162. 8 sqq. ἔπει δὲ πάλιν μετὰ τὰ ἀσυνάρτητα (*scil.* μέτρα) περὶ συγκεχυμένων εἰπεῖν καὶ ἐξῆς περὶ ἀπεμφαίνοντων· συγκεχυμένον δὲ ἐστίν, ὅταν συζυγία τινὶ ἐτέρα συζυγία ἐναντία ἐπιφέρηται· ἀπεμφαίνοντα δὲ, ὅταν ἐν τινὶ μέτρῳ κακῶς, τουτέστι παρὰ τόπον, κείται πούς, οἶον εἰ ἐν ἰαμβικῷ εὐρεθείη ἐν ἀρτίᾳ βάσει σπονδεῖος ἢ ἐν τροχαικῷ ἐν περιττῇ· τότε γὰρ τοῦ ὅλου μονοειδοῦς ὄντος μία μόνη χώρα ἐστὶν ἀνώμαλος.

ARTHON. GL VI 105. 24 sqq. verum haec coniuncta, quae graece ἀσυνάρτητα [non composita] nominantur, ita perfecta sunt, ut facile sit unam quamque partem coli determinatione adsequi, cuius sit aut proceritatis aut generis. illa autem quae Graeci συγκεχυμένα et ἀπεμφαίνοντα, quae nos confusa et immanifesta dicimus, non tam perspicua et aperta sunt, idcirco quod non tantum ex differentia diversorum metrorum coniugantur, verum ex eo, quod breviter et non perfectae proceritatis in hoc genere versuum cola, quae nos membra dicimus, sociantur. nam ferme a monometro brachycatalecto initium sumunt et non ultra dimetrum hypercatalectum crescunt. unde intellegi datur per singula metra, quae octo sunt numero, totidem incrementa differentiarum reperiri, id est octona in generibus singulis, ita: aut enim monometrum est brachycatalectum aut monometrum catalecticum aut monometrum <acatalectum aut monometrum> hypercatalectum; rursus aut dimetrum est brachycatalectum aut dimetrum catalecticum aut dimetrum acatalectum aut dimetrum hypercatalectum. quorum exempla in dactylico, quod est in coniunctis magis cognitum, ostendam. est itaque monometrum dactylicum brachycatalectum φεῦ, catalecticum autem addita syllaba brevi φεῦγε, acatalectum vero monometrum pes integer dactylus φεύγετε, hypercatalectum autem, si pedem dactylum una syllaba brevis excedat, ut est φεύγετέ με. item dimetrum brachycatalectum fit, si pedem dactylum una longa excedat syllaba, ut φεύγετε δή; catalecticum, si pedem dactylum una longa et una brevis excedant, ut est φεύγετε δή με; acatalectum autem, si duo



dactyli copulentur, ut est φεύγετε φεύγετε; hypercatalectum vero dimetrum, si praeter duos dactylos una brevis abundaverit, ut est φεύγετε φεύγετε με. quae varietas facit differentias octo, quod etiam in ceteris septem metris accipiendum est, iuxta quod fiunt, differentiae octies octonae, quae comprehendunt numerum differentiarum LXVIII. verum haec si singula sint nullis aliis congregatis, ut et de superioribus diximus, manifesta erunt. at cum inter se similia aut disparia nectuntur, tunc ex ipsa brevitatis conclusione obscuritas nascitur, unde συγκεχυμένα et ἀπεμφαινόντα a Graecis, a nobis confusa et immanifesta appellata sunt. fiunt itaque per has coniunctiones de his LXVIII differentiis, ut maiores nostri in hac arte sublimes tradiderunt, species differentiarum quattuor milia XCVI, scilicet multiplicatis inter se colis. proponamus itaque canonem dactylici in exemplum reliquorum septem metrorum, qui est, ut ceteri, aequae octo differentiarum ita: nam aut dactylicum monometrum brachycatalectum dactylico monometro brachycatalecto copulatur aut idem brachycatalectum catalectico aut acatalecto aut hypercatalecto, et rursus idem brachycatalectum dactylicum dimetro brachycatalecto aut dimetro catalectico aut dimetro acatalecto aut dimetro hypercatalecto sociatur, quae sunt commutationes octo canonis unius. igitur eo pacto, quo monometrum brachycatalectum percurrens octo canonas, ut ostendimus, fecit differentias LXVIII, ita et monometrum dactylicum catalecticum et acatalectum et hypercatalectum: cum suum ceterosque canonas tam per monometrum quam per dimetrum singula metra percucurrerunt, procul dubio octies sexagenae quaternae differentiae colliguntur. ex quibus efficitur numerus differentiarum in una quaque metri specie quingentarum XII. si ergo unius canonis haec summa de differentiarum multiplicatione colligitur, manifestum apud omnes erit octo canonum, id est metrorum principalium, multiplicationibus octies quingentas XII differentias fieri, quae in summam maioris numeri redactae efficient differentiarum, quibus ἀσυνάρτητα, id est inconexa, colliguntur, quattuor milia XCVI genera, quae per metrorum clausulas mutuae earundem alternatione efficiuntur.

RvFIN. GL VI 559. 25 sq.

Graecus apemphaenonta solet memorare poeta,
immanifesta vocant haec carmina voce latina.

[P.d'A.]